

Anzeigeblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

(Beilage zum Freiburger katholischen Kirchenblatt.)

Nro. 5.

Freiburg, den 31. März 1858.

II. Jahrgang.

Sanctissimi Domini nostri PII divina providentia PAPÆ IX.

Allocutio habita in consistorio secreto

Die 25. Septembris 1857.

(Finis.)

Itaque ubi ad Mutinae fines venimus, obviam statim habuimus eundem Dilectissimum in Christo Filium Nostrum Franciscum Mutinensium Ducem, qui a Nostro latere nunquam discedens Nos in principe sua Urbe magnifice ac splendide excepit, omnibusque filialis pietatis studiis et officiis est prosequutus. Aderant Nobis illius Ducatus Venerabiles Fratres sacrorum Antistites, Clerus, Magistratus, Nobilesque viri, qui clarissimis indicis singularem suam erga Nos observantiam profiteri gaudebant, dum mutinenses populi egregiam sui Principis eiusque augustae Familiae religionem mirifice imitantes omnia itinera eorum frequentia obsidebant, ac piis festivisque clamoribus supremi universae Ecclesiae Pastoris benedictionem suppliciter implorare nunquam cessabant.

Cum vero in Etruriam contendimus, ad illius fines Nobis obvii fuere Archiduces Ferdinandus et Carolus Magni Etruriae Ducis filii ab ipso missi, ac Florentiam appetentes conspeximus ad Nos venientem ipsum Dilectissimum in Christo Filium Nostrum Leopoldum Etruriae Magnum Ducem cum universa augusta sua Familia. Ipse Florentiam Nos introduxit, ac Nostro lateri continenter adhaerens per omnes Magni Ducatus sibi subiecti a Nobis peragratas civitates assidue Nos est comitatus, ac splendido apparatu excepit, maximisque singularis pietatis, obsequii ac munificentiae significationibus cumulavit. Omnes vero Etruriae Venerabiles Fratres Archiepiscopi, Episcopi, et universus Clerus, Collegia, Magistratus, Optimates modis omnibus suum erga Nos obsequium testari laetabantur, ac non solum Florentiae, sed etiam, quacumque incedebamus, omnes Etruriae populi illustria sui Principis, eiusque Regiae Domus exempla sectantes, atque ex omnibus civitatibus, oppidis, ac vel ipsis agris turmatim prodeuntes tanto fidei, religionisque sensu, tantaque acclamatione Summum totius Ecclesiae Pontificem videre, colere, eiusque Benedictionem poscere avidissime exoptabant, ut paternus animus Noster non potuerit non vehementer commoveri. Quae dum cursim commemoramus misericordissimae Dei clementiae ac bonitati humillimas agimus gratias, quod singulari suo beneficio ubique adeo religiosos sensus deprehendimus, nihilque Nobis tribuentes, omnia ad ipsius Dei laudem et gloriam referimus, ac pium populorum affectum absequiumque summopere gratulantes eo unice gaudemus, quod in persona humilitatis Nostrae „ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum „solicitude cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cuius dignitas etiam in indigno herede „non deficit“ *).

Nunc vero silentio praeterire non possumus singularem sane observantiam, ac laetitiam, qua hic Nobis penitus dilectus Clerus Populusque Romanus Nos redeuntes accepit. Nostis enim qua frequentia extra urbem omnes cuiusque ordinis et gradus Nobis obviam occurrerint, quique intra urbem concursus fuerit, et quae undique consonae gratulantium, et Pontificiam Benedictionem implorantium voces, quaeque insignes publicae exultationis significationes. Ac si iucundum Nobis accidit exterarum gentium Oratores, et Ministros apud Nos, et hanc S. Sedem morantes iterum videre; iucundissimum certe quidem Nobis fuit Vos omnes denuo praesentes intueri, alloqui, et amanter complecti, Venerabiles Fratres, qui Nostrorum consiliorum et laborum socii estis, atque participes.

Nostrae autem consolationi cumulum attulit laetissimus sane dies huius mensis octavus Deiparae Virginis Natali sacer, quo Nos vestri amplissimi Ordinis corona cincti, adstantibus iisdem exterarum gentium Legatis, Notrisque Antistitibus, et Magistratu Romano, in aedibus Hispanae Legationis, iussu Carissimae in Christo Filiae Nostrae

*) S. Leo Serm. 3. c. 4. in die anniv. suae apsumpt. ad sum. Pontificat.

Mariae Elisabeth Reginae Catholicae, et cura Dilecti Filii Nobilis Viri Alexandri Mon Maiestatis Suae apud Nos et hanc S. Sedem Oratoris, splendido planeque regio apparatu ornatis, lustravimus solemniter monumentum catholici orbis aere in hispaniensi huius urbis foro excitatum ad perpetuam memoriam Dogmaticae Definitionis, quam tres fere abhinc annos de Immaculata Sanctissimae Dei Matris Virginis Mariae Conceptione in Patriarchali Basilica Vaticana, Vobis, et quamplurimis catholicae Ecclesiae sacrorum Antistitibus praesentibus, cum incredibili animi Nostri gaudio, universo catholico orbe exultante, pronuntiavimus. Optime enim meminertis, Venerabiles Fratres, quantus omnium ordinum et aetatum concursus ad sacram illam caeremoniam commemorato die factus fuerit, et quae effusa et undique redundans omnis generis multitudo in illud forum omnesque adiacentes vias convenit, quibusque piis faustisque acclamationibus Populus Romanus pro sua magna, qua semper enituit, erga Sanctissimam Dei Genitricem, omniumque nostrum amantissimam Matrem devotione et affectu egregios suae fidei, religionis, ac pietatis sensus ore, oculis, manibus ostendere, declarare, ac testari non desisteret.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, laudem Domini loquatur os nostrum, et anima, spiritus ac lingua nostra benedicat nomen sanctum Eius, propterea quod singulari suo beneficio sanctissima Eius fides ac religio in populorum animis feliciter viget, non vero defecit, quemadmodum vellent Dei hominumque hostes, qui Satanae administrant ambulantes in impietatibus suis divinam nostram fidem religionemque usquequaque tollere conantur, neque erubescunt impie ac stulte asserere, catholicae religionis tempus abiisse. Sed illorum desiderium peribit, atque nefarii multiplicesque eorum conatus irriti semper erunt. Catholica namque religio ad hominum salutem e caelo in terram delapsa divinis undique circummunita praesidiis, et coelestium divitiarum ditata thesauris nulla unquam neque temporis diuturnitate, neque rerum vicissitudine potest labefactari, sed omnia perpetuo vincens certamina, ac de suis hostibus triumphans, omni tempore stabilis, immota et invicta persistet usque ad consummationem saeculi, et portae inferi adversus eam praevalere nunquam poterunt.

Verum ne intermittamus, Venerabiles Fratres, in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione a divite in misericordia Deo humiliter enixeque efflagitare, ut divina sua gratia in omnibus universi orbis populis sanctissimae suae fidei et religionis spiritum, amoremque magis in dies tueatur, excitet, augeat, ac eos omnes caelestis sua ope adjuvet, roboret, atque confirmet, qui in pastoralis nostrae sollicitudinis partem vocati maxima vigilantia, studio, ac labore in sempiternam hominum salutem procurandam incumbere debent, et ne desinamus unquam ab ipso clementissimo Domino summis assiduisque precibus exposcere, ut omnipotenti sua virtute omnes miseros errantes ad veritatis, iustitiae, ac salutis semitas reducat.

Et quo facilius Deus Nostris, vestrisque annuat votis ad universae Ecclesiae preces confugere censuimus. Quamobrem hic sermonem Nostrum ad omnes Venerabiles Fratres totius catholici orbis Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, et alios locorum Ordinarios convertimus, eorumque eximiam religionem ac pietatem summopere hortamur, ut, si ita opportunum in Domino existimaverint, pro eorum prudentia et arbitrio publicas in propriis Dioecesibus preces indicendas curent, quibus a Deo imploretur, ut Ecclesia sua sancta, eiusque salutaris doctrina ubicumque terrarum, cunctis amotis difficultatibus, maiora in dies incrementa suscipiat, et prospere vigeat, ac dominetur, omnesque populi occurrant in unitatem fidei et agnitionis Domini Nostri Iesu Christi. Ut autem fideles ardentiori studio, atque uberiori fructu hisce precationibus instent, caelestium munerum thesauros, quorum dispensationem Nobis credit Altissimus, proferre et erogare statuimus. Quocirca plenariam Indulgentiam, intra temporis spatium ab eisdem Venerabilibus Fratribus locorumque Ordinariis praefiniendum, usque ad proximi futuri anni millesimi octingentesimi quinquagesimi octavi finem, et non ultra, lucranda tribuimus et largimur in forma Iubilaei, eodem plane modo, eisdemque facultatibus, quibus Iubilaeum Nostris Encyclicis Litteris die vice-sima prima Novembris Anni millesimi octingentesimi quinquagesimi primi datis et incipientibus „Ex aliis Nostris Litteris“ universo catholico orbi concessimus.

Nro. 17. Beschluß, die Beaufsichtigung des Klerus betreffend.

Schon in unserm Erlasse vom 2. April 1852 Nro. 3700 haben wir ausdrücklich angeordnet, daß die Decanatsberichte über jeden Geistlichen „in separato“ verfaßt sein sollen. Der Grund hievon liegt einfach darin, weil keine Registraturordnung über die Personalien der Einzelnen gehandhabt werden kann, wenn die fraglichen Berichte (wie von mehreren Decanaten nun allmählich geschieht) nur einen generellen Gesamtbericht enthalten. Wir sind daher in der Lage, unsere hochw. Herrn Decane daran erinnern zu müssen, daß die fraglichen Berichte über die Beaufsichtigung des Klerus jeweils für jeden einzelnen Priester einen abgesonderten, d. i. auf einen besondern Bogen gefertigten Bericht zu enthalten haben, damit dieser den Personalacten jedes Einzelnen beigeheftet werden kann.

Zugleich sind wir veranlaßt, daran wieder erinnern zu müssen, daß jeder Geistliche in allen seinen anher gerichteten Ein-

gaben sich nicht nur mit seinem Geschlechtsnamen, sondern mit seinem vollständigen Taufnamen zu unterschreiben habe, wie wir schon in unserm gedruckten Erlaß vom 12. December 1851 Nro. 10,756 unter 12 angeordnet, und in dem „Anzeigebblatt für die Erzdiocese Freiburg (Beilage zum Freiburger Katholischen Kirchenblatt Nro. 4 vom 22. August 1857 unter 16 vom 21. August 1857) wiederholt in Erinnerung gebracht haben.

Unsere hochw. Decanate wollen dieß der hochw. Geistlichkeit nun wieder in Erinnerung bringen, und strenge auf Beobachtung dringen, ja sogar nöthigenfalls deren Eingaben zur Beisezung des vollständigen Taufnamens zurücksenden, damit alle sich der so nothwendigen Ordnung fügen lernen, indem sonst — da oft acht und zehn, ja noch mehr Geistliche denselben Geschlechtsnamen führen — eine Registraturordnung nur sehr schwer zu handhaben, und eine Verwechslung der Personen, deren sich die Würdigen nicht gerne aussetzen werden, gar zu leicht geschehen kann.

Freiburg, den 26. März 1858.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Nro. 18. Beschluß, die Religionsprüfungen in den Elementarschulen badischen Antheils für 1858 betreffend.

Nachdem die Religionsprüfungen in den Jahren 1856 und 1857 in allen Elementarschulen der Erzdiocese mit Sachkenntniß, Eifer und erfreulichem Erfolg durch die von uns bestellten Prüfungscommissäre vorgenommen worden sind, und wir durch die vorgelegten Prüfungsacten und Berichte die Ueberzeugung gewonnen, daß der Stand des weitaus größten Theils der Schulen in Betreff der Religionskenntnisse ein befriedigender, ja vielfach sehr guter ist, so wollen wir in gerechter Würdigung der mit den Religionsprüfungen verbundenen Mühen und Kosten, daß diese Prüfungen für das Jahr 1858 im Allgemeinen unterlassen, und ausschließlich nur in jenen Schulen vorgenommen werden, in welchen der Erfund der vorjährigen Prüfung ein ungenügender war: was hiemit zur allgemeinen Kenntniß gebracht wird.

Freiburg, den 26. März 1858.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Nro. 19. Beschluß, die Maria-Victoria-Stiftung in Offenburg betreffend.

Aus der Maria-Victoria-Stiftung sind in dem Lehr- und Erziehungsinstitut zu Offenburg zwei — von unserer Verleihung abhängende — Freiplätze für zwei Mädchen aus den vormalig österreichischen Landestheilen vacant. Die Bewerberinnen haben sich mit ihren Bittschriften, unter Beilegung der erforderlichen Zeugnisse — als Taufscheine, Schul- und Sittenzeugnisse, Vermögenszeugnisse, Pfarrzeugnisse, über Religionskenntnisse und Christenlehrbesuche — innerhalb vier Wochen an das Ordinariat zu wenden.

Diese unsere Ausschreibung ist von den hochw. Pfarrämtern in den betreffenden Gemeinden während des Hauptgottesdienstes in den Pfarrkirchen zu verkünden.

Freiburg, den 26. März 1858.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Nro. 20. Lehrsätze der hl. Congregation des Index.

Nachdem in Deutschland und Frankreich in der Wissenschaft der Kampf über das Verhältniß der Vernunft zur Offenbarung, des Wissens zum Glauben mit Lebhaftigkeit, ja mit Bitterkeit geführt worden war, und viele Köpfe verwirrt hatte, hat der hl. Stuhl im J. 1855 nachfolgende von der Congregation des Index formulirte Lehrsätze veröffentlicht, die in das Anzeigebblatt einzuregistriren wir für angemessen erachten.

I.

Etsi fides sit supra rationem, nulla tamen vera dissensio, nullum dissidium inter ipsas inveniri unquam potest, cum ambae ab uno eodemque immutabili veritatis fonte, Deo optimo maximo, oriantur, atque ita sibi mutuum opem ferant.

II.

Ratiocinatio Dei existentiam, animae spiritualitatem, hominis libertatem cum certitudine probare potest.

I.

Wenn auch der Glaube höher steht als die Vernunft, so kann doch ein wirklicher Zwiespalt oder Widerspruch zwischen ihnen sich niemals finden, da beide aus einer und derselben unwandelbaren Quelle der Wahrheit, von Gott, ausgehen, und sich somit gegenseitig unterstützen.

II.

Durch Vernunftschluß kann man das Dasein Gottes, die Geistigkeit der Seele, die Freiheit des Menschen mit Gewißheit beweisen.

Fides posterior est revelatione proindeque ad probandum Dei existentiam contra atheum, ad probandum animae rationalis spiritualitatem ac libertatem contra naturalismi ac fatalismi sectatorem allegari convenienter nequit.

III.

Rationis usus fidem praecedit, et ad eam hominem ope revelationis et gratiae conducit.

IV.

Methodus, qua usi sunt divus Thomas, divus Bonaventura et alii post ipsos scholastici, non ad rationalismum ducit, neque causa fuit cur apud scholas hodiernas philosophia in naturalismum et pantheismum impingeret. Proinde non licet in crimen doctoribus et magistris illis vertere, quod methodum hanc, praesertim approbante vel saltem tacente ecclesia, usurpaverint.

Der Glaube kommt nach der Offenbarung; man kann sich daher nicht mit Fug auf denselben berufen, um gegen den Atheisten das Dasein Gottes, und gegen den Naturalisten und Fatalisten die Geistigkeit der vernünftigen Seele und die Freiheit des Menschen zu beweisen.

III.

Der Gebrauch der Vernunft geht dem Glauben voraus, und führt den Menschen mit Hülfe der Offenbarung und Gnade zu demselben hin.

IV.

Die Methode, deren sich der hl. Thomas, der hl. Bonaventura und andere Scholastiker nach ihnen bedient haben, führt nicht zum Rationalismus, und ist nicht Schuld gewesen, daß die Philosophie in den heutigen Schulen in den Rationalismus und Pantheismus verfiel. Man darf es deshalb diesen Lehrern und Meistern nicht zum Verbrechen anrechnen, daß sie sich dieser Methode bedient haben, zumal nicht, weil die Kirche zustimmte oder wenigstens doch schwieg.

Nro. 21. Spende für den Orden der barmherzigen Schwestern.

Durch das erzbischöfliche Pfarramt Weinheim sind für den Orden der barmherzigen Schwestern 10 fl. eingegangen. Freiburg, den 26. März 1858.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Versetzungen der Vicarien und Pfarrverweser.

Im Februar l. J. wurde:

Pfarrverweser Anton Wechsler in Schwörstadt in gleicher Eigenschaft nach Oberspizenbach;
Pfarrverweser Gustav Wenz in Oberspizenbach in gleicher Eigenschaft nach Schwörstadt, Dec. Wiesenthal, versetzt.

Am 5. März l. J. wurde:

Dem Vicar Dominik Klein in Oberschopfheim die Verwaltung der Pfarrei Baltersweil, Dec. Klettgau, übertragen.
Der seitherige Vicar Joseph Fackler in Ichenheim in gleicher Eigenschaft nach Oberschopfheim versetzt.

Freiburg, den 26. März 1858.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Sterbefälle.

Den 26. Februar starb der Eischtitulant Kaspar Bälser in Sigmaringen. R. I. P.!

V e r m i s c h t e s .

Missions-Berein.

(St. Franciscus-Kaverius-Berein.)

Im December v. J. eingegangene Beiträge:

(Fortsetzung.)

Von Weiler, Bezirks-Amt Radolpzhell . . . 14 fl. 28 fr.
„ Iznang, Fil. von Weiler . . . 14 „ — „

Von Ueberlingen am Nied 9 fl. 36 fr.
„ Dehningen, Bezirks-Amt Radolpzhell . . . 7 „ 12 „
„ Liptingen, Bezirks-Amt Stockach . . . 10 „ — „
„ Freiburg 1 „ 12 „
„ Ulm bei Oberkirch 42 „ — „

(Fortsetzung folgt.)

Freiburg. Danner.